

I A C O B I

C V I A C I I  
I.C. EXCELLENTISSIMI  
O P E R V M O M N I V M  
E P I T O M E,

I N Q V A C O N T I N E N T V R D I F F E

rentiae Iuris Civilis, seu leges difficillimæ & inuicem pugnantes  
ab eodem conciliatae & illustratae.

EX SCHEDIS BERNARDI AUTVMNI authoris  
Jurisconsulii, & in Senatu Burdegalensi patroni.



damnavi.  
open pezonis  
de omnibus de  
ficio.  
et hominibus felicis

P A R I S I I S,

Sumptibus ROBERTI FOÜET, via Iacobæa, sub insigni  
Temporis & Occasionis.

M. D C. X V.

C Y M P R I V I L E G I O R E G I S.





## ILLVSTRISSIMO VIRO

Antonio Seguerio Domino de Villiers, sacri Consistorii  
Comiti, in principe Galliarum Senatu Præfidi, &  
Christianissimi Regis Hentici IIII. ad Rem-  
publicam Venetam Exlegato,

BERNARDVS AVTVMNVS

D.

D.

D.

**A**LEXANDER Macedonum  
Rex post deuictum in Arbelis  
Darium, Persarum imperium  
adeptus ( Illustrissime Praeses )  
Ægyptios tumultuari accepit:  
erat enim ex Persis longissima in Ægyptum via,  
intermediis Arabia desertis: ideo quæ agenda vi-  
debantur nuntiare non poterat, tum mercator Si-  
donius viam hanc longam ex Persis in Ægyptum  
se ostensurum pollicetur. Alexander vero Mer-  
catoris fidem sublestam suspicatus non credidit,  
ne id mibi accidat vereor: nam quemadmodum  
Cebes ille optimam Juris discendi rationem stu-  
diosis ostendere volo: etenim due sunt, que ad ci-  
ā ij



# DIFFERENTIARVM LIBRI QVATVOR,

QVIBVS CONTINENTVR LEGES

difficillimæ & inuicem pugnantes, à Iacobo Cuiatio

J. C. illustrata & conciliata.

In titu. de Iustitia & Jure.

L. 3. ut vim.

Et vim atque iniuriam propulsimus, nam Iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, Iure fecisse existimetur, & cum inter nos cognitionem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

**E**X F U R E M. ad l. Corneliam de siccariis. videatur pugnare cum lege duodecim tabularum, quæ furem nocturnum omnino permittit occidere, furem autem diurnum ita demum, si se telo defendat. l. si pignore. §. si furem. de furtis. l. quarta. ad legem Aquiliam, illa autem lex ita statuit in fure nocturno, quod lex duodecim tabularum in fure interdiario seu diurno, neque enim vult occidi nocturnum quovis modo, sed ita demum, si sit cum telo, si se telo defendat, ne apprehendatur, si non possim cum apprehendere sine vita mea periculo: verba Vlpiani perelegantia hæc sunt ex 8. ad Edictum. titu. si quadrupes pauperiem fecisse dicat. si quis, inquit, furrem nocturnum occidit, quem duodecim tabulis omnino occidere permittitur, videamus an l. Aquilia teneatur, Pomponius dubitat, num

A